
DARGAUD in medium profert:
periculum quoddam adit Asterix


CLIPEUS ARVERNUS

composuit Goscinny pinxit Uderzo in Latinum convertit Rubricastellanus



Stutgardiae
sumptibus Deltae


RAX!
delirant isti Romani!


paulo minus valeo, Panoramix!...
nullo modo, Obelix, potionem magicam accipies! milies tibi dicebam te natum infantem in eam incidisse!

novum periculum Asterigis

Asterix


CLIPEUS ARVERNUS

composuit Goscinny pinxit Uderzo

in Latinum convertit Rubricastellanus



STUTGARDIAE SUMPTIBUS DELTAE MCMLXXXV




anno a.C.n.L: tota Gallia, quae, ut vides, est divisa in partes quinque, a Romanis occupata est... Totane? Minime! Vicus quidam a Gallis invictis habitatus invasoribus resistere adhuc non desinit. Neque vita facilis legionariis Romanis, quibus sunt castra bene munita Babaorum, Aquarium, Laudanum, Parvibonumque...

QUIDAM GALLORUM...



ASTERIX heros noster est, qui subiit haec pericula. Ei viro bellicoso humili statura ingenioque callido omnia periculosa mandata sine ulla dubitatione committuntur. Vim plus quam humanam ex potione magica Panoramigis Druidae trahit...



OBELIX inseparabilis Asterigis amicus est. Munus eius est ingentes cippos comportare, valde amat carnem aprorum. Obelix semper paratus est omnia ex manibus demittere, ut Asterigem ad novum periculum subeundum sequatur, dummodo apri et acerrimae rixae appareant.



PANORAMIX, venerabilis vici Druida, visca secat potionesque magicas miscet. Imprimis potio quaedam, quae vires incredibiles tribuit, popularissima est atque gratissima vicanis. At Panoramigi etiam aliorum potuum praecepta sunt...



CANTORIX bardus est. Iudicia de eius indole diversa sunt: ipse se ingeniosum iudicat, omnes ceteri cantus eius incredibiles esse sentiunt. At cum nihil dicit, sodalis hilaris atque alacer est, ab omnibus magni aestimatus...



MAIESTIX postremo princeps civitatis est. Augustus, fortissimus, suspiciosus homo rei militaris peritissimus a suis colitur, timetur autem ab hostibus. Maiestix nihil timet nisi hoc unum: ne caelum in caput cadat. At ut ipse dicit: „Nondum omnium dierum sol occidit."



Vercingetorix clade ad Alesiam accepta arma Caesari ad pedes proiecit... Gallia omnis pacata esse videtur...
vaeee!
CLANG!
post hoc triste spectaculum Caesar ad fines imperii proferendos proficiscitur...
...relinquuntur autem arma principis Arvernorum, quae tangere nemo audet.
sed sole occidente sagittarius quidam Romanus cupiditate habendi inductus clarissimo clipeo potitur...
tesserisne mecum ludis?
!
...quem perbrevi in alea perdit.
diem perdidi!
est ut dicis, hihihi.
legionarium, qui clipeum acquisivit, in castra, quae relinquere non licuit, redeuntem centurio deprehendit calidus...
heus tu! quo vadis, puerule?
...qui pro indulgentia sua clipeum pretiosum accipit...
o tempora, o mores!
centurio omni stipendio erogato clipeum venditori vinorum atque carbonum pro amphora vini boni concedit...
...ille venditor postremo clipeum militi Gallico condonat, qui cladem effugerat...
...atque maestitiam vino mergere studet...
shit ita, shi tibi tantopere placet.
icc!


Gallia est omnis occupata a Romanis. omnisne Gallia? nullo modo! viculus quidam Gallicus nobis bene notus invasoribus adhuc resistit. vicani animum non demittunt. minimis ex causis convivia celebrant regio apparatu instructa. sed novissimum convivium res inopinatae consequuntur...
eiii! vaee! oooh!
aperne iugulatur?
non aper, sed bardus carmen natale commentatur.
viam date Panoramigi! Maiestix, princeps noster, morbo laborat.
semper idem est: quotiescumque cum ceteris barbaris pergraecabatur, postero die caelum in caput eius cecidisse videtur.
nullo modo in caput!
sed rectius in hunc locum, nonne?
ergo in iecur, quod suspicatus sum.
hoc loco cuiquam dolere posse nescivi...
eiii!
res peiore loco esse non potest!
Epona, coniunx tua, recte iudicat, o princeps. te in ultimo convivio nostro nimis multa devorasse atque potasse credo.
quemquam nimis multa edere posse adhuc nescivi.


o Panoramix, Druida noster! magicam mihi misce potionem, qua ex morbo convalescar.
potiones meae te sanare noniam possunt. tibi diaeta observanda atque curatio adhibenda est...
ah!
diaetane? curatione? **numquam**! iam melius valeo! nihil iam dolet!
nonne tibi quicquam dolet — hoc loco?
eiii!
mihine quoque licet?
vaee!
non tangendus est, Obelix!
quonam loco non tangendus est?
hic!
ngnnff!
vaee!
cavete, pueri, ne ei fervens difficili bile tumeat iecur!
ita est, per Teutatem! cavete, ne me...
vaee!
HOP!
veni, mi Idefix!
sit ita, per Belenum! dolori cedendum est: curationem adhibebo!
optime! maximae tibi saluti erit in Aquis Calidis morari prope fines Arvernorum sitis.*
*hodie: Vichy


placet mihi iter facere in Arvernos.
tibi litteras commendaticias tradam perferendas ad Diagnostigem Druidam, qui in Aquis Calidis thermis praeest.
nos autem te prosequemur, o Maiestix. omnibus principibus praesidiis opus est.
consentio! et Idefix nobiscum veniet. fortasse curatione ei opus est, ne crassior fiat.
Maiestix, postquam nonnullas theanas potiones a Panoramige ex herbis paratas sorbilavit, ex hepatitide recreavit. Asterix rebus ad proficiscendum necessariis celerrime paratis lagoenam potionis magicae accipit Obelige paulum suscensente...
mihi denuo, ut fieri solet, nihil tributur...
frmfrmfrm...
paulum doleo, quod vicum relinquo. sed nihilominus convivium sollemne celebremus, priusquam discedemus...
conviviumne? me taedet isti crasso barbaro vires profundere meas, qui et omni ingenio...
...et omni erga me pietate careat, quamquam optimos vitae annos ei condonavi...
venite mecum, amici!
quid hoc sibi vult?... neminem de discessu suo certiorem faciunt!?
Cantorix! Cantorix!
princeps noster iam discedit Asterige atque Obelige prosequentibus!
hmm! quid?
quae cum ita sint, eis carmen comp...
immo non cantabis, non cantabis!



novistine, qua via nobis utendum sit?
novi, Asterix! praeterea mihi haec tabula est, quae optimas per iter nostrum cauponas continet.
nonne tibi diaeta observanda est?
curationem non incipiam, nisi mihi usui erit. ceterum huius rei me piget. optime valeo. animus tantum mihi paulo remissior est.
ah! iam scivi neminem edendo in morbum incidere!
itaque amici nostri excursionem culinariam faciunt.
libenter edendo vires animi atque corporis confirmantur.
SMASH!
...Maiestige proverbia excogitante condicionibus ingeniosissime adaptata...
sume ius in summa insicia!
...quibus adhuc homines diaetam observantes utuntur.
in vino viriditas!
5A
tandem pluribus diebus post...
mens sana in corpore satiato!
SMASH! SMASH!
...amici nostri fini itineris, portis Aquarum Calidarum, appropinquant.
cibi condimentum est caseus.
paulum, pueri, sub huius arboris umbra requiescam. plenus venter non movet libenter.
?!
CRRR!
BSSS!
eiii!
5B


Ita amici nostri Aquas Calidas ingrediuntur, quae balneae Gallis non minus notae sunt quam Romanis...
OOOO! pessime mecum agitur!
quaeritisne Diagnostigem Druidam? reperietis eum in conclavi consultationum; vos autem prosequi non possum, quod mihi ad fontes redeundum est.
paulo post...
Panoramix Druida te nobis commendavit curationis praescribendae causa.
ah, bene! quis vestrum aegrotat?
ut cognoscas, tibi hic premendum est...
noli!
bene! aegrotantem nunc explorabo.
noli! noli me tangere! noli me aspicere! magnis doloribus crucior.
hmm... diaetam specialem praescribo.
nunc ad vos! quomodo valetis?
satis bene!
iste crassus ciporum cupidior esse videtur. eum hepatitide laborare suspicor.
neque crassus est neque hepatitide laborat.
immo crassus est atque iecur eius accurate explorabo.
de cuius iecore loquitur?
OOOOOOOH!
!
TAX!
veni huc celerrime, Druida! animus principem nostrum reliquit!
???
TAX! TAX! TAX!


Maiestix curationem adhibere incipit. aquam fontium intervalla praescripta accuratissime observans bibit.
se aquis ratione subtiliter excogitata aspergi patitur...
SPLASS!
...diligentissimeque diaetam conservat, quae constat ex oleribus vapore mollitis...
at cum Asterigi Obeligique principem ad epulas prosequi conceditur, res in summo discrimine est...
ssst! appone, quaeso, alterum aprum!
SMAC!
atque mihi affer cervisiam!
quae res nonnullos curationem petentes magis magisque enervat...
ULULUUL!
paene res gravioris momenti acciderunt...
manum de osse eius, qui tam parvus sit! alioquin iecur tibi pulsabo.
grrr!
inter curationem etiam aquis piscinarum utendum est...
heus, Asterix! velim in piscinam praecipitem!
hmff!
qualis est aqua?
ne praecipitaveris, Obelix!
SQUASS!


per Iovem! huic rei finis faciendus est!
satis nunc est! queremur de vobis apud Druidam!
recte illi querun-tur. etiam me mole-stia afficitis!
res in maius tollenda non est. balneare tibi licet, Obelix, in piscinam praecipitare non licet. vir quidam Graecus, qui Archimedes vocatur, dixit...
delirant isti Graeci!
istis barbaris discedendum est, per Mer-curium!
si eos alios apros edere videbo, manus mihi afferam!
hic salivam, in thermis aquam nobis movent!
Maiestix, ubi versantur Galli tui?
Galli mei in piscina plena versantur.
Gallis tuis discedendum est, ne aegroti a curationibus adhibendis prohibeantur. ubi primum curationem tuam peregeris, tuos denuo con-venire tibi licebit.
iure dicit, pueruli. in Arverniam profecti amoenitatem locorum admiramini.
visitate etiam Gergo-viam, quo loco clarissi-mam pulcherrimamque victoriam patravi-mus...
et Alesiam!
Alesiamne? Alesiam ignoro. nescio, ubi sit Alesia! nemo scit, ubi Alesia sita sit!


Maiestix, princeps noster! venimus, ut tibi vale dicamus.
excursionem ad Arvernos faciemus.
age, princeps! te relinquimus. fac consulas diligentissime valetudini tuae! curatione peracta Gergoviae conveniemus.
ne commotus sit animus tuus nostra causa! amoenitatem regionis aspiciemus. ceterum ibi gulae irritamenta offeruntur: aper vino coctus...
...et sorbitio carnibus oleribusque parata!
...et murtata farcimina!
abite hinc!
...et caseus mucidus...!
veni mecum, Obelix! praestat nos abire.
eodem tempore in culina balnearum.
incredibile auditu est... hospites mirum in modum quiescunt.
CENATIO
BOING!
nescio, quid eis acciderit. cum olus vapore mollitum inferrem, insanire incipiebant.
interea amici nostri amoenam Arverniam peragrant...
ah! quam salubris aer est, Obelix!
ita! tamen alicuius rei me taedet... aliquamdiu vix paucos legionarios Romanos vidimus.
viam date! viam date M. A. Fioso tribuno, C. I. Caesaris legato speciali!


nonne audivistis, Galli? via vobis danda est M. A. Fioso, C. I. Caesaris legato speciali!
oooh! in hac tam amoena terra nihil est, quod non fieri possit. cedamusne Asterix?
mane paulisper, dum aliquantulum potionis magicae sumpserim.
GLUT! GLUT! GLUT!
cedere displicet! parum urbane nos interrogaverunt. itaque displicet!
viam date, Romani! viam date Obeligi atque Asterigi...
bau!
?!
...atque Idefigi, legatis specialibus C. I. Maiestigis!
per Iovem! trucidate illos tres mente captos atque procedite!
legio...
BAM!
quidnam exspectant?
semper praecipitem te praebes! simul cum duce fortitudinem amittere solent!
reddenda ergo sunt, quae amiserunt! inferte signa!
optime suades! inferte signa!
INFERTE SIGNA!
inferte signa!
quod monstrat omnibus hominibus hoc modo consentientibus amicitiam inter omnes nationes facillime confirmari posse.
10


paulo post...
suum cuique tributum esse credo.
mane, dum subsidium arcessam!
quisquis inest, audito! nonne tuis subsidio venis?
tu quidem videbis, latro! barbare! carnifex! videbis, quid ei accidat, qui M. A. Fiosum, legatum specialem C. I. Caesaris, aggredi audeat!
vade retro! audaces fortuna iuvat!
!
attat! ne verba feceris neve irrita ira commotus sis! quiescas, quaeso!
TAX! TAX! TAX! TAX!
desine cum eo iocari, Obelix! fortasse ridere non vult!?
fiat!
SPLASS!
?!
ecce M. A. Fioshush!
quod cognomen iocosum!
non esht cognomen iocoshum: esht M. A. Fioshush, legatush shpecialish Romanush. nishi dishcedimush, brevi magnash difficultatesh habebimush.



tune Anthracix vocaris?
ita! vosh mecum Gergoviam ducam. M. A. Fioshush esht vir magnae auctoritatish ad nosh misshush, ud videat, num Arverni pacati shint.
mihi tabernula esht shub porta oppidi shita. iam advenimush.
iamne advenimush?
ssst, Obelix!
nonne vobis ipsis pretia summittitis?
immo aliush ab alio ementesh de temporibush narramush, cum Lutetiae vivebamush.
ANTHRACIX VINA & CARBONES
PORCELLIX VINA & CARBONES
THERMALIX VINA & CARBONES
PROGNOSTIX VINA & CARBONES
12A
quidnam Lutetiae egistis?
vina et carbonesh vendebamush.
intra! intra!
TOC! TOC! TOC!
ucshor! amicosh, qui M. A. Fiosho shatish moleshti erant, mecum duco. hoc ceterish convocatish celebremush!
shorbitio parata esht.
paulo post...
sapit bene quidem. quidnam continet?
primo tibi vishcera imponenda shunt.
vishcane?
viscera!
ita esht! vishcera! quod nomen pronuntiatur ut vish, bish, civish, lish...
12B



vos offendere nolo, tamen e vobis quaero, num vos omnes omnia verba hoc modo pronuntietis.
majoresh tantum natu verba hoc modo pronuntiamush, aduleshcentesh neglegentiush loquuntur.
GLUT! SCROC!
recte dicshit: neglegentiush.
nonnullish shaeculish posht nemo Arvernorum ,sh' eodem modo atque nosh pronuntiabit. resh misherrima esht.
salvi sitis, vos omnes! murtata vobis affero!
istum neglegentissime pronuntiare intellego.
errash. ishti lapshush linguae esht.
qualis lapsus?
CRAC!
balbutit!
dum amici nostri otio in Arvernia suaviter fruuntur, M. A. Fiosus, cum lecticam curru celerrimo commutaverit, aliqua innumerabilium viarum Romam ferentium eodem pervenit...
age! quam celerrime cum Caesare colloqui volo!
hic sum, ut tibi de re, quam mihi mandasti, referam. Arverni resistere adhuc non desistunt. me ipsum aggressi offenderunt, per Iovem!
ubi hoc factum est, per Minervam?
Gergoviae, per Saturnum!
revera ferendum noniam est, per Vulcanum!


istis Gallis exemplum praecavendi dabo! ego equidem veni, vidi, vici, illi autem se delectant. eis demonstrabo, quis dominus sit.
singulare spectaculum eis praebebo! triumphum per Gergoviam agam, quo loco Galli memoriam retinent clarissimae suae victoriae. triumphum Gallico more agam!
Gallicone more?
Arvernos mihi acclamare iubebo stanti in clipeo!
in clipeo Vercingetorigis!
ab imo pectore iam nunc tibi acclamo, o Caesar!
fac clipeum Arvernorum mihi afferas!
hic omnes a principe umquam factae praedae coacervatae sunt!
IN MEMORIAM BRITANNIAE MINORIS
talis res mihi non est... mihi est clepsydra Helvetica, quae horas cuculi vocibus indicat, amphora Britannica tepida atque Belgica frigida cervisia plena ...sed clipeus Arvernus mihi non est...
arma Vercingetorigis in Gallia relicta esse videntur.
heu! heu! heu! molestissimum est!
monumenta, quae memoriam Belli Gallici revocent, nobis non sunt.
commentariis exceptis.


age! tibi, M. A. Fiose, in Arverniam redeundum est allatum clipeum, quem Vercingetorix mihi ad pedes proposuit.
ne... ne tempus, o Caesar, teratur, alio clipeo uti praestat... clipeo, quem quis denuo fabricetur. forte faber quidam mihi notus est, qui...
vade retro, M. A. Fiose! triumphum non agam nisi in clipeo Arverno! ne me fefelleris! Caesarem decipere velle idem est atque deos decipere velle, quorum ira terribilis est!
M. A. Fioso animo invito in Arverniam redeunte amici nostri iter pergunt. praeter cetera Dumam montem inspiciunt (partem meridianam videtis. si partem septentrionalem videre vultis, vos vertatis necesse est.)
...templum Mercurii, dei artificum atque mercatorum...
ibi deush noshter habitat, qui nosh sholosh tuetur.
...oppida Nemossum, Neriomagum, Borvonem, Calentes Aquas.
quid ad Alesiam?
Aleshiamne?
hodie: 1 Clermont-Ferrand 2 Neris 3 La Bourboule 4 Chaudes-Aigues
quid esht Aleshia? quid vultish Aleshiae?
neshcimush, ubi illa quae dicitur Aleshia shita shit!
hac ratione sentiendi, quae per saecula perseveravit, factum est, ut locus cladis Gallorum adhuc satis occultus sit. quis amor patriae in maius auctus!
at amici nostri Gergoviam revertuntur (quae ubi sita sit, nemo est qui nesciat).
nonne apud nosh manetish?
libentissime! sed hodie nos ipsi cenam curabimus!
ita! aprosh venemur!
quid venamini?
apros!
ah, teneo! aprosh!
TOC!TOC!TOC!


mecum in animo considero, num sorbitio carnibus aprinis parata bene sapiat.
viam date, Galli! locum date M. A. Fioso tribuno, legato speciali C. I. Caesaris!
audi, Asterix! nos isti Romano iam prius occurrisse credo.
nos revera ei iam obviam iisse pro certo habeo.
inspiciamusne?
inspiciamus, si vis; otio quidem fruimur.
paulo post...
revera is ipse fuit!
in itinere hominibus familiaribus occurrere iuvat!
16A
plurimi Romani Arverniam visitant, ut aquas, ego solus, ut colaphos accipiam!
valde nobis placet Arvernia vestra... omnia profecto in silvis inveniuntur: satis aprorum, pugni castanearum...
ANTHRACIX
CARBON
quod pugnos commemoras, illi Romano occurrimus, cum quo colloqui eo tempore desieramus, quo tu nobis obviam iisti.
an M. A. Fiosho? M. A. Fioshush rediit?! malum! pesshimum esht! per Mercurium!
16B


totush mundush hic M. A. Fioshum novit. quem Caeshar non mittit, nishi quosh punire velit. rem nobish minush exoptatam eventuram shushpicor!
pah! aliud curemus!
iuvat shorbitionem parare hominibush, qui cibosh delicatisshime coctosh aeshtimare shciant!
hmiam!
quae dum geruntur, M. A. Fiosus tribunus ad praefecti domum pervenit...
?
Ave, M. A. Fiose! te tam brevi redire non exspectavi... commodumne iter habuisti?
statim conveniant, qui praesidio praesunt! commeatus non datur!
audisne? aliquid aegerrime ferunt illi, qui intus convenerunt.
paulo post...
scitis ergo nunc, quid faciendum sit: clipeus Arvernus reperiendus est, quo C. I. Caesar triumphum per Gergoviam agere possit!
clade accepta plurimi homines Alesiam incolentes Gergoviam sedem sibi delegerunt, qua re occasio nobis data est perquirendi totum mundum! perquirite, per Iovem!


aperite! nomine Caesaris!
BUM! BUM! BUM!
?
?
?!?
iussu M. A. Fiosi tribuni domus nobis perquirenda est.
shit ita. nihil nobish esht, quod occultandum shit. shed ne quid mihi diffregeritish!
SCROC! GLUT! SCROC!
heus tu, qui illic astas!
GLUT! SCROC! SMAC!
quid hic inesse speras?
scilicet sorbitionem... quam libentissime pastui nostro praeferam*.
MIAM! SMASH!
*cibus militum vulgaris
vir Arverne! quid post hanc portam latet?
ibi copiam condo carbonum, quosh vendere volo. videte ipshi, sed ne quid shordidaveritish!
porro, legionarii! perquirite omnia!
paulo post...


nihil reppererunt. omnino caligant!
HAHAHA HAHA!
nihil adhuc repperi, sed oculum in vos coniciam!
HAHAHA HAHA!
?
huncine solem tam nigrum surrexe vobis!
eumne affligam?
omitte haec! affectus barbarorum incertiores sunt, quam qui aestimari possint. primo sale nigro delectantur, subito ira pectus eorum obscurat.
heus tu, qui nigrum in candida vertisti! te exercebo, dum atrior sis quam Aegyptius!
cur enim obscurari non potui?
paulo post in praetorio...
ave, M. A. Fiose! duces manus exploratoriae relatum redierunt!
?!
quid refertis?
nihil. clipeus in obscuro latet.





Caesari alium clipeum mittere possimus!? dicere possimus hunc clipeum Arvernum esse et...
Caesar decipi non potest! deteget fraudem, fraudatorem in clipeo illi Arverno simili leonibus apponet!
ita! animum eius non ignoro, cui eiusmodi res valde placeat.
aliquem ex Gergoviae incolis esse pro certo habeo, qui nos certiores facere possit!
duris atque tacitis animis sunt illi Arverni!
itaque qui exploret mittendus est! voluntarius destinetur!
BOM!
20A
I. C. Navum commendo, quo nemo in omni legione magis fugiens laboris est. paulo antea eum ad exercendum damnavi.
arcesse mihi hunc puerum mirabilem!
I. C. Navumne? aulam verrit poenae solvendae causa.
heus, I. C. Nave! iste igitur est modus tuus verrendi?
hmmm?
bene! dimidia primae tegulae parte purgata e labore conquiesco. nam dimidium facti, qui coepit, habet. deinde alteram primae tegulae dimidiam verram...
...denuo paulum requiescam, tum primam secundae tegulae dimidiam verram, denuo...
tace atque mecum veni! tribunus tecum loqui vult!
20B
sed officium neglegere me piget!


ecce I. C. Navus legionarius, o M. A. Fiose!
ave!
gratulor tibi, I. C. Nave! te sponte et ultro in Gallis explorare velle mihi nuntiatum est.
?
bene! sed nunciam mihi discedendum et dimidia tegula verrenda est.
?!
te omnes dimidias tegulas verrere iubebo abhinc usque ad Circum Maximum in urbe situm, nisi parebis!
sed innumerabiles sunt, eieiei!
revera sunt! itaque Arverna veste indutus ab incolis cognoscere conaberis, ubi clipeus Vercingetorigis sit!
sit! bene... ave!
av... et scopas depone!
stultior videtur, quam ut Arverni quicquam suspicentur.
recte dicis. tamen mecum delibero, num ei confidam...
...inutilissimus enim est: quindecim annos in legione stipendium meritus numquam ad ampliorem gradum ascendit. praecipua eius cura vinum est.
eccum! ille est I. C. Navus!
nemo eum scopis carentem cognoscet.
libentissime paulum vini sumam.
cave, ne nimis multum vini bibas. neque enim assuetus es vino!
?
shine eum bibere, Ashtericsh! paulum vini ei non nocebit.
hic locus maxime idoneus est ad explorationem incipiendam, per Iovem!


shalvete, amici. hicne vinum offertur?
offertur! asshide, quaesho!
GLUT! SMAC!
unde venish? numquam te adhuc in hac regione vidimush!
ecsh Anicio* shum!
MIAM! MIAM!
*Anicium-hodie: Le Puy
GLUT! GLUT! GLUT!
?
longe abesht ab Aleshia. tune quoque ad Aleshiam pugnavishti? fuit aliquid, an non?
ille locush mihi notush non esht!
SMAC! SMAC! GLUT!
GLUT! GLUT! GLUT!
!
icc! ignoshcash, quaesho... icc! ego enim Aleshiae eram, per Sa... Shaturnum!
SMAC!
ceterum mihi dimidia tegula verrenda esht — quod shcire non poteshtish! dimidia tegula... hohoho!
SMASH!
hoc tantum shcio te nunc shatish vini haushisshe.
contra amicus noster adhuc siti premitur. itaque tu perge vinum infundere, quia in vino veritas.
tu profecto verush amicush esh. tu intellecshishti illud ‚shol lucet omnibush' et cetera... icc!
SMASH!
ego equidem ad Aleshiam eram. illi Galli malefici revera moleshtiash nobish attulerunt. shed ego aegrum shimulabam...
...cumque advenisshem, omnia peracta erant. nihil iam videbam nishi arma Vercingetorigish humi iacentia, et ille nefariush Asthmaticush,...
...qui nunc Nemosshi rotash fabricatur, clipeum pulcherrimum memoriae causha abshtulit, eundem clipeum, qui nobish quaerendush esht,...
TAX!
...quod Caeshar triumphum per Gergoviam agere vult... shtansh in illo clipeo! iccsh! ubi malum ishta barbula esht?
??


shalvi shitish, vosh omnesh! mihi quaerere pergendumsht.
VINA & CARBONES!
VINA & CARBONES
barbula!!
shalvi shitish vosh omnesh! hicne vinum offertur?
audivistisne, quae ille explorator diceret? Romani clipeum Vercingetorigis quaerunt! reperiendus eis non est.
bono animo shish! ille truncush vini plenisshimush erat...
nosmet ipsi clipeum reperiemus! nosmet triumphum agemus! per Teutatem!
TAX!
deshine temporum antiquorum meminisshe, Astericsh; hodie pace fruimur et...
sed cibum meum nondum consumpsi...
statim Nemossum ad Asthmaticum proficiscamur! sequere me, Obelix!
I. C. Navus, ubi mandato specialissimo confecto rediit, refert, quid cognoverit...
av... av... shalvi shitish vosh omnesh!
?!
et? quid?
nesh... neshciunt, ubi Aleshia shita shit... shed vinorum... iccsh... desh veniam... vinorum... iccs... peritissimi sunt!
...sed ubi rettulit, sine mora in vincula coniectus est.
ne te alacriorem praebueris in legione, quod molestiam tibi afferet. etiamsi res maximi momenti scias... ssst! et tacendum est!
shalvi shitish vosh omnesh!



interea amici nostri Nemossum* ad oppidum Arvernorum pervenerunt...
*hodie: Clermont-Ferrand
at quomodo illum Asthmaticum quaeramus, Asterix?
rotas fabricatur! officina rotarum speciem insignem praebeat necesse est.
ecce illic in adversa fori parte post C. I. Caesaris statuam!
eamus illuc!
IULIUS CAESAR
ASTHMATICUS ROTAE
24A
quid est, quod vultis?
cum Asthmatico loqui volumus.
cum magistro nostro? qua de re?
de hac re: agitur de cli...
BOM!
de re privatissima. Asterix atque Obelix vocamur.
atque Idefix!
Asterix et Obelix cum magistro de re privata colloqui volunt.
haec est nostra intra domum ratio communicandi. eatis, quaeso, in atrium manendi...
?
24B


mirus hic locus est.
hic est mundus grandis industriae quaestuosae, de quo Panoramix mihi narravit...
Cornelia, prima L. Asthmatici libraria, vos accipiet. me sequamini, quaeso...
haec sunt officia nostra scriptoria. rotas exhibemus totum in orbem, quod permultum negotium affert.
25A
intra!
nonne credis mihi quoque tale officium cippis vendendis usui fore?
ita cippos meos totum in orbem exhibere possim et...
ssst!
ecce illi domini.
gratias ago, puella. tibi redire licet. loquimini, domini. aures vobis praebeo.
ZONA PRIVATA
CIPPI OBELIX
cum Asthmatico colloqui volumus.
L. Asthmaticus in sermone occupatus interpellandus non est, quod doleo. qua de re agitur?
CIPPI OBELIX & IDEFIX
cum Asthmatico ipso loqui volumus, sine mora!
hoc fieri nullo modo potest!
25B
ZONA PRIVATA
suntne haec fores eius?
sunt revera fores officii eius, sed...


ZONA PRIVATA
veni, Obelix!
veni, Idefix!
sed intrare non licet!!!
SSS! SSS!
DIC PAUCIS! CARPE DIEM!
heus! quid? per Iovem! quid me vultis?
quod sermonem tuum interpellamus, dolemus. sed pauca ex te quaerere volumus ad Alesiam clipeumque Arvernum pertinentia.
SSSS!
SSSS!
DIC PAUCIS! CARPE DIEM!
custodes arcessite!
rationem communicandi interrupi, Asterix!
optime factum! nunc ad fores consistens vide, ne quis intret!
quidnam accidit, L. Asthmatice?
?
piget me...
...Asthmaticus in sermone occupatus est.
VAM!


si aurum meum appetis, in hypogeo carbonum Helvetico positum est.
DIC PAUCIS! CARPE DIEM!
auri tui cupidus non sum.
iam tibi dixi, quid velim, per Teutatem! clipeum enim Arvernum, quem Alesia ex oppido abstraxisti!
fabricatores rotarum breviter simpliciterque loqui solent! tempus magni pretii est! promptusne es ad vim?
sum!
quod suspicatus sum! itaque omnia tibi narrabo. clipeus mihi noniam est...
...quem Caesari a Vercingetorige deditum revera cepi...
27A
sed in iuventute aleae deditus alienaque sponsione victus nomen dedi, ut sub Caesaris signis militarem.
ludisne mecum tesseris?
...clipeum in alea perdidi, quem aliqui legionarius nomine M. Anus prospera alea usus acquisivit...
diem perdidi!
verum dicis! hihihi!
post bellum in Arvernia remansi, ubi in rotis conficiendis multum proficiebam. res satis bene mihi successit.
ubi ille M. Anus versatur?
balnetorem esse in thermis Borvonis* credo.
*hodie: La Bourboule
?
isti viri, quos illa convocavit, Asthmaticum in sermone occupatum esse credere noluerunt. itaque multum negotii habui.
27B


curationem adhibebimus!
curationemne? quid? cur? quorsum?
aliqui balneator Borvone in oppido nobis reperiendus est. itaque desine verba facere et vehiculum celerrimum quaere, quo Borvonem perveniamus.
interea...
Cornelia!
novistine nomina illorum barbarorum? bene! nuntium incisum quam celerrime praefecto Gergoviae perferri iube!
CARPE DIEM!
28A
utere marmoribus nominis ac domicilii inscriptione carentibus. nuntium transscribe, ne quis auctorem cognoscat, in unum modo exemplar pro tabulario meo.
ad Borvonem pervenimus.
audi, Asterix! Idefix atque ego ipse statuimus curationem non adhibere, quod...
BORVO
est nobis haec una atque sola facultas, qua thermas sine ulla suspicione intrare quaque illum M. Anum et clipeum quaerere possimus.
nunciam aegrum simula!
28B
nisi perbrevi aper mihi apponetur, simulatione non opus erit.
cum Druida colloqui volumus, qui curationibus adhibendis praeest.
cum Prognostige!? tenete hanc viam.



ne oblitus sis aegrum simulare!
bene! bene! iam teneo... consentio!
salvete, amici!
salve, o Druida!
vae!
PROGNOSTIX CURATOR AQUARUM
quem dolorem patitur?
aegrotat. et ego aegroto. etiam canis noster aegrotat. nobis omnibus curatio adhibenda est.
videamus. hocne loco dolorem pateris?
vae!
etiamne hic?
vae!
optime! rebus sic stantibus lavationes pluvias, sudationes, balnea, frictiones propono.
vae!
...nimirumque diaetam diligentissime observandam!
vae!
completam igitur curationem vobis ambobus caniculo excepto. therapia balnearis bestiis apta parum exculta est.
ita nostri amici ambo curationem suscipiunt, qua inquisitionem intimam coniungunt...
quo nomine vocaris?
Gaius Laius!
egon'? Claudius Hypotenus!
Gracchus Arcuatus! quid me vis?
Trollibus.
...imprimis cum ad cenam vocatur, curatio vix ferenda est...


singulos vobis acinos affero.
Asterix! acinum eius respuo! Asterix! ferendum non iam est! ferendum non iam est!
quiescas, quaeso. et mihi ferendum non iam est. simpliciter breviterque interrogare audeo.
e... estne hic homo quidam nomine M. Anus, qui opus balneatoris facit?
Marcushne Anush?
certe quidem! pluresh annosh apud nosh ut balneator laborabat. aliquanto pecuniae reposhito cauponam ecshercere coepit haud procul a nobish shitam.
appellatur: ad aprosh vino paratosh.
30A
mane, Obelix, hoc nesciebam... ceterum censeo curationem tibi saluti fuisse...
Asterix, ille vir illustrissimus, prudentior est omnibus ceteris! Asterix invictus est. nisi ille vir tam prudens fuisset, quaestionem nostram apud apros vino paratos habuissemus!
veni, Idefix! ille erus nobis noniam notus est!
attat! taedet me animi tui miserrimi! erus Obelix totus ventri deditus est. ei nulla re opus est nisi apris et Romanis verberandis! pane et circensibus, ut ita dicam! haec est Gallia nostrae aetatis!
eiusmodi est vir Gallicus vulgaris!
nonne accepisti, Idefix? o illum miserrimum, qui alios docere audeat!
? ?
30B


?
Idefix, amicum tuum certiorem fac istum hominem pertinacissimum esse!
Idefix, istum dominum humili statura certiorem fac me opinionem eius pro nihilo putare!
ta... tanta fame premebar...
hehe!
huhu!
???
!
TOC TOC TOC
antequam quaerere pergamus, aprum delicate vino paratum consumemus, hoc tibi promitto!
oh, hoc differre possum!
CXV


tune M. Anus vocaris?
i... i... ita!
bene! ante omnia duo apros vino paratos affer!
etiam mihi duo apros!
af... affero iam!
state immobiles!
?
iussu M. A. Fiosi tribuni, legati specialissimi C. I. Caesaris, estis comprensi!
miseret me huius pulchrae cauponae.
heus, M. Ane! prima mensa consumpta appone apros vino paratos!
BUM! TUX! TAX! RACC! VAM!
quae est causa tanti rumoris? certe nuptiae celebrantur!?
nunc saltare incipiunt. permulti hospites interesse videntur.
RACC
nonne vides? nemini iam intrare licet!
causa finita! suntne parati apri?
AD APROS
VINO PARATOS


aaah! nunc tandem mensa secunda apponitur!
optime! asside tu quoque, M. Ane, ut nobiscum edas.
non is sum, qui eos arcessiverim... incognito quodam nuntio de adventu vestro certiores facti erant. vos exspectaverant.
hoc nihil ad nos attinet. si clipeum nobis trades, omni culpa absolveris.
ita... smash! fieri non potest, ut, qui apros tam delicate parare possit, pessimo animo sit.
sed clipeum non possideo, quod istis iam dicebam.
illum clipeum revera prospera alea usus acquisivi, cum in legione militarem.
heus tu! quo vadis, puerule?
at centurio Corruptus, cum castra illicite reliquissem, indulgentiam clipeo permutavit.
o tempora, o mores!
bene! ubi est ille Corruptus?
utinam ne in balneis versetur!
illum hominem vinolentum in balneis versari non credo... ha!
immo militare pergebat. celeriter reperietur, quia commilitonibus nomen eius indicabam.
quantum pecuniae tibi debemus?
duodecim sestertia pro apris. quod deletum est, privato sumptu reficiam. promittite modo vos nonredituros.


deinde postquam alicui Romano, qui praetervehebatur, currum mutuum sumpserunt...
nos prius quam Corruptus Gergoviam perveniamus necesse est, ne Romanis clipeum tradere possit. si ille ante nos pervenerit, omni spe deiecti erimus.
nullo modo cum toto manipulo conflictari possumus!
cur autem non? num vetitum est?
multa nocte...
VINA & CARBONES
quish esht?
nos sumus, Asterix atque Obelix...
...atque Idefix!
BOM BOM
intrate celeriush, caelum nobish in caput incidit!
?!
et ad veshtra capita praemia proposhita shunt. Romani omnia pershcrutantur... et quod pesshimum esht...
Anthracicsh evanuit. certe a M. A. Fiosho captush esht. uluul!
quo peiore loco est res clipei! Anthracigem reperiemus, per Teutatem!
illum manipulum aggrediemur! etiamsi vetitum est! per Belenum!
snif!
ita Asterix, Obelix (Idefixque) proscripti noctem in carbonibus abditi agunt...
molliter cubes, Asterix!
de Anthracige sollicitus sum. sortem eius crassis tenebris occultatam video.



heus, tu! canen-dumsht!
hmm?
gac! pigritia shua eum shuper carbonesh feret.
COCORICOO!
surge, Obelix!
lautum eamus! multum laboris hic dies nobis feret.
UAAAH!
paulo post...
mecum in animo considero, quomodo incogniti ad M. A. Fio-sum irrepamus. nobis vi eo inva...
...dentibus Anthra-cigem fortasse necari iubebit, priusquam liberari possit.
bene! perbrevi paratus ero!
tu quoque, mi cane!
!
BAU! BAU! BAU! PFF! PFF!
veni, Obelix. nunc tandem mi-hi in mentem ve-nit, quomodo in-trare possimus!
ANTHRACIX
VINA & CARBONES
ecce Uproix, Anthra-cigis affinis, qui Romanis carbones exhibet.
in carbones nos abda-mus!
at praesentire non poteram!
GRROARR! GRRR!



 *nomen nescio



qu... quid me vultis?
venimus, ut Anthracigem arcessamus!
Anthracix!
hoc... hoc est nomen vinarii, cui clipeum Arvernum tradidi.
?!?
Anthracix! Anthracigem volo!
immo nos Anthracigem volumus!
Anthracix! heus! Anthracix!
nominis Anthracigis memineram. ne obliviscamur igitur meae promotionis!
?
veni, Obelix! Anthracix adesse non videtur. alio loco quaesitum eamus!
ita! eamus, Asterix!
Obelixne? Asterixne? vos ergo illi duo Galli estis, qui clipeum Arvernum quaerant.
custodes...venite huc!
venisne, Obelix?
venio!
TAX!
quid nunc ad promotionem meam? heus! ad promotionem meam!?
isti viri... isti viri comprendendi sunt!
hoc mihi ipsi curae est! milites ordinatos consistere iubebo!
hoc revera Corrupto ipsi curae est...
mirum est. custodes stationes relinquunt...
TARATAN TARA!
eo melius est nobis.



hahae! legato Caesaris demonstrabo militem veteranum praestantissime viros tractare scire.
stare! movere! stare! legionarii, iussum audite!
AVE!
TAX!
bene! duo viri incogniti, quos bestia comitatur canini generis, fortasse castra relinquere conantur. iussum huius diei: quoquo modo prohib...
DISCESSERUNT IN HANC PARTEM!
TAX!
?
quid nunc? nonne eos reperistis?
ave! nisi me animus fallit, non sine gravi causa suspici potest illa duo corpora paulo antea commemorata et animal quoddam...
...in hanc partem...
celerrime! omnes ad sequendum!



bonus exercitus est, ad nova exempla compositus – omni disciplina atque more antiquo carens!
heus, commilito! scisne, quo loco haustum vini accipiam, ut alicuius rei obliviscar?
scio quidem! praeterea dimidiam tegulam verrebam.
interea...
Mercurio gratia, quod adestis. Anthracix revertit.
aliquid vobis confiteri volo.
hoc differ in aliud tempus! omne praesidium nos atque te insequitur. nos abdamus necesse est.
ne vos in carbones abdideritis! semper carbones perquirunt. descendite eo!
post punctum temporis...
venimus, ut Anthracigem et illos Gallos mente captos arcessamus. tu autem sta immobilis!
aliud mihi in animo non esht.
carbones perquirite!
paulo post...
ANTHRACIX VINA & CARBONES
eccos, I. C. Nave! hic est exercitus huius aetatis! icc! omni disciplina carent!
revera! nigri... icc... sunt.


ashcendere licet. Romani vosh aufugisshe credunt et in silva quaerunt.
postquam celeriter lavati sunt...
age! loquere, Anthracix!
omnia facta shunt hoc modo: vinariush Aleshiae eram...
...ea nocte, quae cladem conshecuta esht, centurio me vishitavit, verush quidem potator...
ANTHRACIX VINA & CARBONES
...et amphoram vini cum eo mutavi pro clipeo Arverno.
deinde milesh Gallicush, qui hanc regionem relinquere voluit, clipeum vidit...
hunc clipeum! monstra mihi hunc clipeum!
...meque orabat, ut clipeum shibi traderem, quem in tuto collocaret.
shit ita, shi tibi tantopere placet...
...animush meush ita mollish erat, ut clipeum glorioshisshimum viro cuidam ignoto darem, qui ne indigena quidem esset!
ne lacrimaveris pietate erga patriam permotus!*
*Asterix de nimio nationis amplificandae studio praemonet.
poshtquam, quanti vosh clipeum aeshtimetish, intellecshi, pudore temeritatish meae inflammatush aufugi. sed reverti, ut omnia confitear...
nonne reminisceris nominis illius militis?
nulliush rei reminishcor nishi huiush: haud ita crasshush neque ita laetush erat...
ishte ipshe esht!!!
?


Maiestix, princeps noster!
salvete, pueri! certior factus sum me vos hoc loco reperturum. curatione peracta sanatus sum.
revera hic esht! hic esht, cui clipeum tradidi!
?
shtatim eum recognovi. vicsh corpore creshcebat ex illo tempore.
shae... saepiusne se ita gerit?
nonne reminishcerish Aleshiae? clipei Arverni?
Alesiaene? clipei Arv...? nimirum reminiscor!
ea nocte, quae pugnam consecuta erat, clipeum apud vinarium quendam repperi, qui liberaliter eum mihi tradidit.
icc!
et ille vinarius – tu eras!
egomet ipshe!
et quid ad clipeum? clipeumne adhuc possides, o princeps noster?
scilicet possideo!
numquam sine, plerumque in hoc clipeo vehi soleo!
Romani hunc clipeum ubique locorum quaerunt.
revera mihi huc advenienti turba Romanorum obviam iit. sed cur omnes nigri sunt?
per Teutatem! vix quisquam hoc crediderit, Obelix!
ita est, per Belenum! quemquam adeo macescere posse adhuc non credidi.



aliquid mihi in mentem venit, Anthracix. convoca omnes Gergoviae incolas!!
interea inquisitionibus frustra habitis...
Gergoviam redeamus! reperiemus eos, per Iovem, etiamsi totum oppidum funditus evertendum est!
oh, Romani!
?!
hic sumus vos exspectantes!
42A
hic est alter ex iis! aggredimini!
mane paulisper, tribune!
? !
quis tu es, qui M. A. Fiosum, mandatum ab ipso C. I. Caesare, alloqui audeas?
is sum, qui tibi mandatum dederim atque incognitus huc venerim, ut videam, quo loco res sit.
Iu... Iuliusne Caesar?
Ge... Gergoviam aggredi volumus et...
aggressionem fac missam! bis repetita non semper placent!
42B



oh, Romani!
quid hoc sibi vult?
nil interest. hoc non curandum est.
...triumphum, quem Maiestix, princeps noster, in clipeo Arverno agit.
oculos apertos habete. vos autem, fortissimi Gergoviae incolae, triumphum videbitis...
bene! veni, vidi, intellexi. nemo certior faciendus est me hoc loco adfuisse. at cum tibi gratulari non possim de miro virorum tuorum habitu...
...et certum habere velim adventum meum silentio tectum iri, te una cum tuis in Numidiam mitto.
ecce duo tandem mundi legionarii...
iccs?
iccs?
centurio! te praefectum Gergoviae reddo. miles legionarie! te autem centurionem declaro. ceterum ne unum quidem verbum de hoc oppido umquam dicatur velim! ave!
ave! optimae amicitiae necessitudinesque erunt cum vinariis huius loci I. C. Navo atque mihi.
centurioni I. C. Navo!



PRINTED IN BELGIUM BY proost INTERNATIONAL BOOK PRODUCTION


RAX!
delirant isti Romani!


paulo minus valeo, Panoramix!...
nullo modo, Obelix, potionem magicam accipies! milies tibi dicebam te natum infantem in eam incidisse!



European Media Service
79761 Waldshut-Tiengen
289410
Goscinny/U Asterix Lat 14 Clipeus Arver
EHAPA CC/EMA
978-3-7704-0064-5 7.0% 12,70 EUR
14182736/100202/
UMBNR: 413887 UMBREIT
9 783770400645

ISBN 3-7704-0064-X
24,80, ab 1.1.2002 EUR [D] 12,70